8

Thy vulgare ytalicum est patruus
amitas avunculus et materteras dicimus

de patruis et filiabus probatur quia in auc. cessante. § post fratres C. de
legit. here. postquam de quorumlibet fratrum iam premisit filiis. immediate
[excepto ... in hac successione fratrum non gradu]
subdit indistincte. hi autem fratrum filii cum pares sint defuncti fratribus
preferuntur procul dubio eiusdem defuncti patruis et aliis filiabus. Et
nihil in glo. vel ex inverso quod obviat quin et de non utrique
coniunctorum fratrum filiis text. ille intelligatur. Ad idem in auc. de here.
ab intest. § reliquum. ver. qui quidem. Et de fratrum filiis dicit. Illud
palam est quod thyos defuncti masculos et feminas sive a patre sive a matre
[thyos]
preponimus. si et illi tertium agnationis obtineat gradum. ubi glo. dicit
quod hoc licet in eodem gradu sint. Ratio. isti vocantur cum fratribus defuncti
qui pro certo repellunt patruos et avunculos amitas et materteras. ergo
[filii fratrum]
et isti nepotes dicit eos repellere quod consequens utique intelligendum est
fratribus scilicet non extantibus quia tunc qui fratres extat non solum pro fratrum filios
repelli eos qui per fratres fratrum repelluntur. Et item glo. ubi nihil habetur
quod obviet quin et eque intelligendum sit de non utrique coniunctorum
fratrum filiis. Item ex verbis illius glo. patet intentum nam vult quod sicut
fratres sic et fratrum filii eos dicit excludere sed satis supra probatum est.
eque de fratribus non utrique coniunctis sicut de aliis quod primos excludunt
[filiis]
ergo et horum filii sicut ceterorum hoc faciunt. licet enim patruum cum eis sint
[tertio defuncti]
pares gradu non tamen pares iure successionis quia fratrum filii repre-
[prorsus patrum]
sentant personas patrum suorum fratrum scilicet defuncti. et sic per representationem
in locum eorum veniunt. ut merito eos excludant quos illi eorum
patres si viverent exclusuri essent. ¶ Ulterius nunc videndum est quo-
modo dicti fratrum filii non extantibus fratribus succedant an scilicet semper suc-
cedant equaliter. Secundo an in capita vel in stirpes. ¶ Ad primum dico
quod eadem distinctio obtinet in his que obtineret in fratribus si viverent
quia utrique coniuncti preferuntur eis qui sunt ex uno latere tantum. patet. cum
[sub § 8]
superius supradictum sit quod fratrum utrique coniunctorum filii. ipsos fratres non u-
trique coniunctos excludant. ergo et primo magis eorum filios. Illud non
indiget ampliore probatione. Exclusis ergo his ceteri utrique con-
[fratrum] [sub § 9]
iunctorum filii pariter semper succedunt. Sed in quales partes iam videamus.

Et fratrum utrique coniunctorum filii
eius alios non utrique coniunctos
excludant

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs1282/0019
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg Ministerium für Wissenschaft, Forschung und Kunst